3711 *blocco di marmo bianco quadrilungo, alto palmi 3 in 4, largo 2 circa, e grosso quasi altrettanto*, rep. a Lancianio cum (Romam) rediret e pago Monticelli *nella campagna quasi sulla strada romana, ivi abbandonata da secoli; ma che ora si toglierà e riporrà in miglior luogo* FEA (*giorn. arc.*; brevius in schedis).

D · M
M · NVMMIO
PROCVLO · SIRICARIO
VALERIA
CHRYSIS
CONIVGI · OPTIMO
BENEMERENTI
FECIT

Fea sched. f. 163, *giornale arcadico* tom. 54 (1832) p. 204, cui dedit Silvius Lanciani (*scrittore e archivista della S. Penitenziera*) qui viderat d. 30 Oct. 1831.

Vv. 7. 8 in unum contrahit editio.

3712 cippus magnus marmoreus, olim in aede S. Silvestri (ANTIQVI), postea excavatus, ut mensurae publicae olii inserviret, frontis quoque parte effracta, translatus est in aedes publicas Tiburtium, ubi viderunt REVILL. VVLPI, ibique est adhuc.

D M
V A L E R I A E
C H R *Y S I* D I
M · N V M M I V S
PROCVLVS · SIRICARIVS
C O N I V G I · S V A E
OPTIMAE · B · M · FECIT

Descripsi id quod superest, scilicet quae dantur litteris rectis. Integrum exhibent Antiquus n. 10 (Hamilt. f. 63, Redian. f. 126); Iucundus Ver. f. 130, Magl. f. 107′ (ab Iucundo Alciatus cod. Feae f. 96′); Brunelleschi f. 68; Accursius f. 3′; Mancini apud Pighium f. 6′; Pighius Berol. f. 168, Luzac. p. 258; Manutius orthogr. 244, 69 (inde Grut. 645, 3); Ligorius Taur. 20 f. 16; cod. Ottobon. 2970 f. 17; Sanloutius f. 226. Mutilum Revillas sched. Berol.; Lupi Vat. 9143 f. 53′; Vulpi Lat. 10 p. 677 a Lupio.

Vv. 5—7 divisi secundum Pighium Ligorium Sanloutium; paullo aliter Brun. Acc. Man. — 5 SIRICARIVS Brun. Acc. Manc. Pigh. Lig. Ott., STRICARIVS Antiq., SITICARIVS Man., SIRICANVS Iuc. — 7 BENEM Man.

3713 Tibure CORS.; in aedibus Benedicti Boschi DONAT., apud Boschios MAR.; postea apud Violam VIOL.

d.. M · S
BIO VALERI ASIA
*tici p*RAEFEC VRBIS
*lib. mens*ORI AEDIFICIORVM · S
*. ualer*IVS POLYBIVS PATER
*fil. dulci*SSIMO · VIX · ANN
I · MENS · II
*die*B · XXV

Corsini series praef. urbis (1763) p. 387, auctore non laudato; Donati 265, 8 descriptum ab Hannibale Olivieri; Marini ms. Vat. 9127 f. 256, Arv. p. 346 qui habuit ex schedis Mauri Sarti monachi Camaldulensis, sed postea ipse vidit et correxit Arv. p. 825; St. Viola *giornale arcadico* vol. 118 (1850) p. 253.

1 D M S Donat. Viol. — 2 |BIO Mar., ..IO reliqui. — VALERIA·SIA Donat., VALERIA.... Cors. — 3 PRAEFEC Cors. Don. — 4 |ORI Mar., ...RI reliqui. — AEDIFICIORVM Cors., AEDIFICIORVMIS Don. et Marini secundum Sartium, AEDIFICIORVM'S Viol., AEDIFICIORVM·S Mar. (Arv. p. 825) Sartium corrigens. Quid subsit, incertum est; possis cogitare S litteram lineola quae praecedit revocari ad v. 3, legendumque esse: ... *bio, Valeri Asia*[*tici p*]*raefec*(*ti*) *urbis s*(*ervo*); sed hic Polybius, sive quo alio nomine fuit, cum mensor fuerit, non fuit servus. Fortasse descriptores decepti sunt interpunctione aliqua formae singularis. — 5 |BIVS Sart.

3 supplevit Marinius. Significatur Valerius Asiaticus consul II a. 125; eum praefectum urbis fuisse constat etiam ex titulis Beneventano Corp. IX, 1617 et Cretensi C. I. Gr. 2587 et Samio *Monats-Ber. d. Berl. Ak.* 1862 p. 76. — In v. 4 Mommsenus coniecit fuisse non *lib.*, sed [*b*(*ene*)*f*(*iciario*), *mens*]*ori*; cf. huius corp. vol. IX, 1617 v. 15.

Hae duae inscriptiones si ambae genuinae sunt — nam n. 3711 possis suspicari confictam esse ex inscriptione olim nota n. 3712 —, habemus duos cippos a duobus coniugibus invicem positos.

3714/15 columbarium nuper rep. Tibure *vicino alla villa di Quintilio Varo* ZACC., rep. Tibure d. 20 Apr. 1750 [hunc diem ponit Venuti f. 223, cum idem f. 228 ad delineationem monumenti adscripserit annum 1749] *nell' oliveto di Gio. Pietro d' Alba nel luogo detto l' Acquoria poco distante dal ponte sopra la strada maestra a mano destra* GVARN. — Trans pontem dictum *dell' Acquorria, a destra della strada, in un' oliveto posseduto oggi dalli signori Boschi, eravi anticamente il sepolcro di un certo Marziale e di tutta la sua famiglia; poichè circa l'anno 1737 in uno scavo ivi fatto, fu scoperta una specie di grotta o nicchia artefatta, il cui ingresso era chiuso da un cancello di ferro, assai corroso dal tempo. Tolto il cancello si trovò dentro la nicchia un gran marmo a sei facciate, di forma parallelogramma, nella cui parte superiore erano incastrati sette vasi cinerarj di terra cotta, a ciascuno de' quali corrispondeva nella facciata principale la rispettiva iscrizione, e da capo nel mezzo la solita sigla D. M. I vasi cinerarj l' ebbe Monsignor Placido Pezzancheri, allora vescovo di Tivoli, che mandolli alla sua Badia di Casamara: il marmo poi l' ebbe il conte Fedi. Inutile è stata ogni nostra diligenza a rinvenire e riscontrare il suddetto marmo* CARR. et DEL RE p. 77.

3714 *supra portam monumenti, in tabula marmorea:*

A · PERPERNA · SP · F
FRONTO · SCRIBA
SIBI · ET · SVIS

3715 *supra n. 3714, in trabe lapidis Tiburtini:*

a	*b*	*c*	*d*	*e*	*f*
DIS · MANIBVS MAMIDIAE · L · L DAPHNES P · CALPVRNIVS MARTIALIS · CONIVGI BENEMERENTI	PERPERNIAE HILARAE MATRI	PERPERNIAE SORORI	Q · AEMILIO · Q ET · PERPERNIAE · L ANTIOCHO	A · PERPERNA · A · L CRESCENS	vacat

Buonaccorsi abbas apud Zaccariam *storia letteraria d' Italia* vol. 2 (1751) p. 534 cum tab. (inde pendet ut videtur manus ignota inter Mariniana cod. Vat. 9131 f. 317); Venuti inter schedas Guarnierii litt. F f. 223 idemque ut videtur inter Gallettiana cod. Vat. 7935 f. 82′. 83.

3715 *a* 2 L·L Guarn., YL Buon. — 4 CAEPVRNIVS Buon. — *d* 1 in. QV (pro Q) Buon. — 2 ET Buon., FIL Guarn. — *e* 1 APERNAAL· Buon., A·PERPERNAAL·F Guarn. — Imaginem parietis, cui immissi erant hi lapides, et Buonaccursius exhibet in tabula adiecta et Venuti inter Guarnieriana f. 228, inter Gallettiana f. 89′.

Ad idem sepulcrum fortasse antiquitus pertinuit titulus infra editus A. Perpernae A. l. Eutelis.

XXX. TIBVR (p. 365).

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinium et Sanclementium (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61t). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sartio in aedibus Boschi.

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), 'in vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienem'.

ad n. 3581. Integram exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157a: FORTVNAE AVGVSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | IIII VIR AEDILIS · IIII · VIR | IVR · DIC · IIII · QVINQ | QVAESTOR · IIII *cet.* Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re erravisse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae 'apud Blasii [?] lapidicidam' (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM scribe ET · EXSEDRAM.

ad n. 3679. Iidem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 neglegenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 1 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

4234—4267 anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villae Maecenatis, effossionibus institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aedituorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

4234 parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS
IAZEMIS · Q̄ · Q̄ ·
PISTORVM · III ·
ET · PERP · ET ·
urceus CODICARIVS · ITEM patera
MERCATOR
FRVMENTARIVS
INVICTO
HERCVLI
EX VOTO · D · D ·

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 150.

Homo Ostiensis, ut apparet ex honoribus, quos sibi adscribi voluit (alterum M. Caerellium Ostiensem habemus n. 70) Herculi Tiburtino votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

4235

*libe*RALITATES · PVL
*imp. caes. t*RAIANI · HADRIA*ni augusti pont. max*
trib. pot. x· X · COS · III · P · P · IM*p. ii*
*erg*A · PROV*inciam* HISPANIAM BAETICA*m*
III · ID · AVG · Q · A*quilio nigro m.* REBILO APRONIANO · COS · IN · A — a. 117
IIII · K · IAN *l. tutilio luperco p. calpu*RNIO · ATILIANO · COS — a. 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 *p*.

Agitur, ut dixi ad n. 3577, 'de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlatis', verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium susceperat — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet *pub[lice]* vel *pub[licae]* cogitari potest etiam de *pue[ris puellisque]*, ut significetur institutio alimentaria.

4236 fragmentum cippi.



Descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

4237 basis marmorea.

M' · ACILIO · M' · F · GAL ·
GLABRIONI
CN · CORNELIO · SEVERO
COS ·
PONTIFICI · III · VIR · A · A · A · F · F ·
VI · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·
AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR
T · AELI HADRIANI ANTONINI · AVG · PII
*pr*AETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVRS
*pat*RONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNATO

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patefecit. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.